

**I**llud quod unum pro officio suo valebat  
 hoc alteri pro officio suo non congruebat  
**S**ecundum modum in historiis exponendum tenetur  
 quilibet doctor colligit de ea quod suo proposito servare videtur  
**S**imilem modum in hoc opusculo servabo  
 parvam hanc historiam videlicet congruam solummodo recitabo  
**T**otam historiam per omnia nolo recitare  
 ne legentibus et audientibus tedium videatur generare  
**N**otandum etiam quod convenienter et re vera  
 sacra scriptura est tanquam mollis cera  
**Q**ue iuxta cuilibet signi impressionem  
 capit in se forme dispositionem.  
**E**t si forte leonem continet in se sigillum  
 cera mollis impressa statim in dispositione capit illum.  
**E**t si forte aliud sigillum aquilam continebat  
 eadem cera illi impressa speciem aquile habebit  
**S**ic una res aliquam significat dyabolum aliquam christum  
 nec mirari debemus scripture modum istum  
**Q**uia sunt diversas aliarum rei vel persone actiones  
 diverse possunt sibi attribui significaciones  
**Q**um enim david rex ad ultimum et hoiadum peccavit  
 non christum sed dyabolum figuravit  
**Q**ui autem innocuos suos amabat et ipsis benivolentem  
 non dyaboli sed christi figuram tenebat  
**H**ec et manifestandum est quod per unquam alium christum designat  
 quia tunc interpretatio nominis vel actus competens invenietur  
**Q**uia cum ab salomone preteritum suum inique persequeretur  
 tamen per christum per aliquas similitudines designat  
**N**on ideo quia ab salomone inique contra preteritum suum agebat  
 sed quia pulcherrimus fuit et in arbore suspensus erat  
**Q**uia cum erat speciosus forma filii hominum  
 et in arbore crucis suspensus emisit spiritum  
**S**ampson quadam vice urbem gazam introivit  
 et nocte illa ibidem cum meretrice dormivit  
**I**nimiam eius portas urbis condiderunt  
 et mane ipsum interficere intenderunt  
**S**ampson autem media nocte de somno surgebat  
 et portas urbis tolles eam secum deferrebat  
**Q**uia cum sampson cum illa meretrice fornicationem peragebat  
 tamen dominum in christum christum prefigurabat  
**N**on ideo quia cum meretrice illa concubebat  
 sed quia media nocte surgebat et portas urbis frangebatur  
**S**ic christus media nocte de somno mortis resurrexit  
 et portas inferi destruens captivos secum venit  
**H**ec notabilia idcirco introduci et annotari  
 quia studentibus in sacra scriptura utilis esse videtur  
**E**t si forte studentes in hoc libello talia in eo inveniunt  
 quia modus exponendi talis est videlicet non inverteat  
**O**bone ihesu da ut hoc opusculum tibi complacere  
 proximos edificet et me tibi gratum faciat